BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 400v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Non ledas servum operantem in verita
te neque mercennarium dantem a
nimam suam. Servus sensatus
sit tibi dilectus quasi anima tua
Non defraudes illum libertate neque
inopem derelinquas illum. Pe
cora tibi sunt attende illis. et si sunt
utilia perseverent apud te. Filii si tibi
sunt erudi illos et curva illos a
pueritia eorum. et si filie tibi sunt
serva corpus illarum et non osten
das ylarem faciem tuam ad illas.
Trade filiam tuam et grande opus
feceris. et homini sensato da illam
Mulier si est tibi serva eam secundum
animam tuam. Ne proicias illam
et odibili ~~corde~~ non credas te. In toto
corde tuo honora patrem tuum
et gemitus matris tue non oblivi
scaris. Memento quoniam nisi
per illos non fuisses et retribue illis
quomodo et illi tibi. In tota anima
tua time deum et sacerdotes illius
sanctifica. In omni virtute tua
dilige eum qui te fecit et ministros
eius non derelinquas. Honora deum
ex tota anima tua et honorifica sacer
dotes. Et purga te cum brachiis.
Da illis partem sicut mandatum est
tibi primitiarum et purgationis
et de negligentia tua purga te cum
paucis. Datum brachiorum tuorum
et sacrificium sanctificationis offe
res domino et initia sanctorum. et pau
peri porrige manum tuam ut perfi
ciatur propitiatio et benedictio tua.
Gratia datus in conspectu omnis
viventis. Et mortuo non prohi
beas gratiam. et non desis plo
rantibus in consolatione. et cum lu
gentibus ambula. Non te pige
at visitare infirmum. Ex his enim
in dilectione firmabis. In omnibus
operibus tuis memorare novissi
ma tua. et in eternum non peccabis

VIII

Non litiges
cum homine potente
ne ~~similiter~~ forte incidas
in manus illius. Non contendas
cum viro locuplete ne forte con
stituat econtra litem tibi. Mul
tos enim perdidit aurum et argentum
et usque ad corda regum se convertit
et extendit. Non litiges cum homine
linguato et non strues in ignem
illius ligna. Non communices homi
ni indocto ne forte male de progeni
e tua loquatur. Ne despicias ho
minem avertentem se a peccato neque
improperes ei. Memento quoniam omnes
in correptione sumus. Ne spernas
hominem in sua senectute et enim
ex nobis senescunt. Noli de mor
tuo inimico tuo gaudere. sciens
quoniam omnes morimur. et in ga
udium nolumus venire. Ne des
picias narrationem presbiterorum
sapientium et in proverbiis illorum
conversare. ~~Ne despicias~~ et ab ipsis
disces intellectum et in tempore
necessitatis responsum. Non in
cendas carbones peccatorum ar
guens eos ne incendaris flamma
ignis peccatorum illorum. Ne contendas

faciem sres cotinuelosi